



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De obligatione restituendi, quæ ex contractu pignoris, exurgit, & de pactis
licitis, vel prohibitis in impignoratione, & quid de expensis ibi factis, & an
pignoratarius fructus, quos non collegit, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

restituere, imo neque etiam teneretur de damno: etiam si mala fide fecisset: quando mala fide eas res deponente alibi, ita periissent in loco conducto, sicut & perierunt ibi. ff. ad l. Rhodiam de iact. l. fin. & dicenti fuisse dolam, vel culpam, incumbit probare, ubi quis teneretur de dolo, & lata culpa, sed ubi teneretur de leui, & leuissima incumberet conductori probare quod fuit à casu sicut intelligitur illa dicta lex finalis.

Q. 6.

¶ Sed ultimo restat docendum, ubi conductor, qui teneretur soluere aliquam rem, soluere teneatur? Dicitur ad hoc, quod hæc iuridica resolutio est, quod talis pro re, quæ est eiusdem fori cum domino, tenebitur quærere dominum, si vero non est eiusdem fori, satis est quod sit paratus soluere in domo sua, restitucante Panormitano cap. significante, de pignoribus, sicque interpretandum venit caput propter sterilitatem.

k l. miles.
c. locati. et
l. curialis.

¶ Tandem ut iam materiæ huic summam manum imponamus, aduertito Lector, quod locari potest res omnibus, qui possunt emere: excepto milite, & curiali, quibus prædia ad colendum locari non possunt. ^k At vero clerico, & monacho, nisi necessitatis causa locari prædia non possunt, cap. ne clerici, vel mona. & cap. 2. ubi hæc notatur à Bartolo, & Hostienfi, sed de hac materia proluxa sit dictum.

¶ De obligatione restituendi, quæ ex contractu pignoris, exurgit, & de pactis licitis, vel prohibitis in impignoratione, & quid de expensis ibi factis, & an pignoratarius fructus, quos non collegit, teneatur restituere.

CAP. LIII.

Cum de radiibus restitutionis, quæ ex contractibus solent procedere, cœpimus edisserere, reliquum est dicamus de obligatione restitutionis, quæ ex contractu pignorationis exurgit, pro cuius materiæ præambula cognitione, differentia statuenda est: primo, quæ inter pignus & hypothecam solet assignari. Quia pignus est rei mobilis transeuntis in creditorem. Hypotheca verò est rei immobilis non transeuntis in creditorem, in tit. de actio.

actio obligatio. §. inter pignus, sed quantum ad actionem non differunt.

¶ Præterea res quæ impignorari non possunt non erit hic numerasse. Nam quædam impignorari non possunt: vt res ecclesiæ videlicet res sacræ, vasa, & ornamenta ecclesiæ: nisi ecclesia superflua habeat, & necessitas vigeat, & aliunde prouideri non possit ex rebus mobilibus. ^b

¶ Item liberi homines in pignus obligari non possunt secundum doctores, & qui hominem liberum in pignus accipit: creditur perdit, & aliam tãtundem quantitatem tenetur soluere in authentica, vt nulli iud. §. quia vero.

¶ Tamẽ redemptus ab hostibus impignorari potest. ¶ Item propter necessitatem famis pater potest obligare filium, & non e contra. ^d Magis enim filius obligatur patri quàm pater filio.

¶ Sed iam primo forte quis hæsitabit, an creditor vti pignore possit, saltem ex voluntate tacita domini pignoris: Respondet Diuus Thomas. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 6. quod creditor etiã si cum voluntate Domini expressa, aut tacita vtatur pignore, vsuram admittit, nisi sit vsus qui gratis inter amicos concedi solet: vt vsus libri ad legendum. Quanto igitur magis creditor tenebitur satisfacere quando vtatur pignore absque voluntate tacita, vel expressa domini, cum damno notabili debitoris nullam habendo culam, verisimilem credendi dominum, id æquo animo laurum: & est furtum. ^e

¶ Præterea inuestigandum restat de qua culpa pignoratarius teneatur. Sed plana est solutio, cum enim pignoratario gratia vtriusque partis fieri videatur: planum est creditorem recipientem pignus non solum de dolo, aut lata culpa sed etiã de leui teneri, si pignus perire aut notabiliter deteriorari consentit. ^f Secus autem est, si culpa leuissima id contingit, & secus si casu fortuito: modò mora non præcedat, neque pactum, scilicet, quod pignus quocumque modo periret, debitori periret. ^g

¶ Insuper nosse necesse est, an accipere pignus in aliis casibus illicitum sit. ¶ Dicitur ergo tribus modis illicitum esse cõsetur accipere pignus, primo si accipitur ad lucrum: quod non cõputetur in sortẽ alias debiti, quia hoc

Qõ. 1.

a l. Sanci-
mu. C. de
sacro sanct.
eccles.

b 10. q. 2. c.
hoc ius. C.
12. q. 2. c.
aurum.

c l. si. C. de
cap. & post
lim. reuerf.
d C. de pa
tri. qui fil.

Qõ. 2.

e l. si pi-
gnore. ff. de
furtis. Pa-
norm. in c.
1. de postl.

f glos. l. si
creditor. C.
de pig. act.

g §. fin. in
fir. quibus
mod. re con-
trahẽ. ob.

h l. que
fortuitis. C.
de pignor.
actiõn.

etiam
bonem
erunt il-
dolum,
de dolo
incubi-
git illa
qui te-
entur ad
pro re,
tere do
d sit pa
no cap.
n reur
um in
omni-
quibus
ro cle-
dia nõ
notati-
lixala
evan-
ne, &
s, quæ
tibus
um est
rãctã
la co-
er pi-
d est
it. de
actio.

hoc est contra naturalem iustitiam. Secundo, si accipiatur in pignus, quod impignorari non potest, ut res ecclesie supradictae. Tertio, si apponantur pacta prohibita à iure ut, si fiat pactum, quod si debitor, certo die non soluat, pignus transeat in feudum. ff. de sol. l. calopodius: & non valet hoc pactum quia fit fraus legi.

Q^o. 3. ¶ Sed dubitatio necessaria isthinc emergit, quoniam sint ista pacta prohibita per ius circa impignorationem, aut quoniam sint pacta quae circa hoc conceduntur. Respondetur ergo de prohibitis, quia primo in pignoribus per ius est prohibitum, quod debitor obligetur ad non redimendum pignus absolute, vel usque ad certum tempus sibi praefixum: argum. in cap. precarium, de precar.

¶ Item per ius prohibetur hoc pactum, scilicet quod creditor obligetur ad non vendendum pignus post legitimam interpellationem debitoris. Sit igitur regula generalis, quod praedicta in quantum vergunt in damnum debitoris, vel creditoris sunt pacta contra iustitiam, & secundum quantitatem laesionis pensanda sunt gravia, quia propter laesionem peccata esse contingit.

Q^o. 4. ¶ Ad haec, quaestio inter hic disputabiles, potissima haec est. An creditor pacisci possit cum debitor, quod debitor non solvente ad certum tempus pignus creditori cedat, aut ne post certum diem redimi possit. Dicitur ergo

ad quaestionem, quod pacta haec prohibita sunt per ius

quia ad lucrum creditoris praesumuntur fieri. ^h

¶ Sed quid si creditor talia pacta cum debitor paciscatur non ad suum lucrum, sed ad poenam debitoris, si non solvat, an erunt licita? Respondent ad hoc Panormitanus cap. significante. & sanctus Antoninus, & Sylvester, & Navar. quod licet in lucrum creditoris non liceat sic

pacisci: tamen in poenam debitoris licite fit pactum, ut pignus tali tempore non redemptum pro vendito iusto

pretio habeatur. Sed quia hic saepe solet latere angustia herba: ideo cautissimum hic occurrit in conscientia documentum Victoriae, scilicet, quod quando creditor certo

nouit debitorem impotentem fore ad redimendum pignus, vel quando maluit creditor sibi pignus pro vendito relinqui, & debitorem incurrere hanc poenam, quam pignus statuto tempore redimi, usuraria videntur esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse pacta, & machinata in vsurarum fraudem.

¶ Deinde annexa superioribus hæc quæstio est, an in casu quo creditor expresse cum debitore pactus est, ut pignus venderetur non soluto intra tempus debito, quod quidem pactum licet, an prius quam vendat, teneatur id debitori notificare? Respondeo dicendum circa hoc, quod teneatur prius ipsam faciendam venditionem pignoris, domino pignoris prænotificare. ^m Intelligitur autem verum esse hoc, nisi alias conuentum fuit inter ipsos ne notificatio esset necessaria: nam tunc sine præuia notificatio ne possit vendi iuxta glos. in l. si conuenerit. Sed aduertitur quod licet de pignore non vendendo pactum sit, quia tale pactum est cõtrarium, nihilominus tria monitione facta, ut redimat illud, si non fecerit, vendi potest, modo inter monitiones seu denunciationes ipsas, interstitium tradui interponatur. Si autem in ipso cõtractu impignorationis nulla facta fuit mentio de vendendo, vel non vendendo pignus, vnica denunciatio sufficit, ut transactis duobus annis propria autoritate vendere pignus creditor possit. ⁿ Huic sententiæ accedunt Angelus vbi supra, Syluest. verbo, Pignus, quæstio. 10. Nauarrus: ^o sed ante illud tempus non poterit creditor vendere pignus in hoc casu, nisi ex præcedenti autoritate iudicis.

Q6. 6.

m Angel. verbo, Pignus. §. 7. & l. si conuenerit. ff. de pignor. action.

n l. fin. C. de iur. domi. imperr. o Nauarr. c. 17. num. 204.

¶ Addit Nauarrus, quod si creditor bona fide pignus minoris, quam sibi debetur, vendit, reliquum à debitore repetere potest. Sicut è contra, si pluri vendit, restituere teneatur debitori illud plus. l. fina. C. de iure do. sic enim iustitiæ videtur seruari æquitas. ¶ Et quandiu debitor aliquid, etiam solum quadrantem debet, creditor totum pignus retinere potest: quoad ille solutus fuerit. ¶ Potest etiam creditor pignus habitum à debitore ad tempus præfinitum non soluente alteri pignorare. l. 1. & 2. C. si pig. pign. det. etiam vltra tres vices secundum Anglum in dicta. l. 1. contra Specu. & dum alteri impignoratur, nõ debet impignorare quis pro maiori quantitate, quã pro qua receperit, aliter enim contra iustitiam vadit.

p l. quandiu. C. de distra. pigno.

¶ Demum etiam illi quæstioni à nobis satisfaciendum est, an impensas, in pignus factas possit creditor repetere? Responderetur absque dubio eas expensas, quas bona fide fecit in pignus, repetere potest: ut si erat ager si expendit in eius

Q6. 7.

ll. Pars. F. L. Lopez. Instr. Consc. x in eius



in eius cultum. Si pignus erat animal: quas fecit in eius paltum. l. seruos. ff. de pig. actio. tenetur tamen talis pignorarius ad computandum in sortem sibi debiti fructus ex pignore perceptos; deductis tamen expensis, quas in eorum collectionem & conseruationem fecit, auctore

q. Ant. 2. Diuo Antonino, 4 pro redemptione quoque captiuorum, part. cit. 1. & subuentione pauperum, & aliorum operum ecclesiarum, l. 15. § 3. multum necessariorum, ecclesia etiam uasa sacra, & uestimenta impignorare potest.

x 12. q. 2. q. Caterum, quia dictum est in pignoribus fructus computandos esse in sortem: forsititan habitabit hic aliquis, ut cap. aurum de pign. teneatur pignorarius computare in sortem fructus non

Qb. 8. solum quos recepit, de quibus est clarum, sed etiam teneatur in sortem computare fructus pignoris: quos potuit percipere, si ex negligentia sua non percepit eos. ¶ Iam circa hanc questionem variant doctores: nam glossa in cap. cum contra, eodem tit. & Panormitanus ibi. & Ioannes Andreas in cap. 1. & 2. de usuris tenent indistincte tales fructus computandos esse in sortem. At uero Hostiensis contrarium sentit de fructibus percipiendis ex negligentia non perceptis, scilicet quod non sint computandi in sortem.

¶ Verumtamen inter tam contrarias opiniones illa uideatur uerior, & tenenda quam tradit quidam per hanc distinctionem, quod aut satisfactum est sorti aut non, si inquam iam per debitorem, aut per perceptionem fructuum iam receptorum satisfactum est sorti debita, tenetur etiam pignorarius de fructibus percipiendis, quos potuit percipere, & sua negligentia non percepit, quia extunc et quo sibi satisfactum est semel de sua sorte: iam est possessor mala fidei in non restituendo pignus. Possessor autem mala fidei etiam de fructibus possibilibus, quos sua negligentia non percepit, tenetur. ¶ Si uero non est satisfactum sorti pignoratio debita, non tenetur pignorarius de fructibus percipiendis, sua tamen negligentia non perceptis, nisi sit in dolo uel lata culpa, & sic limitando concordantur doctores. Sed quamuis haec aequa sententia, ut puta, media inter extremas uideatur: sed non transit sine difficultate, quia non multum ad ius uidetur accedere. Quia creditor pignorarius de dolo, & lata culpa, & etiam

s. l. 1. & 2. pign. act.

nam leui tenetur, si pignus perit, aut damnificatur: licet non teneatur de casu fortuito, aut culpa leuissima, cum igitur accessorij sint fructus ad rem, & per consequens ad pignus: & accessorium secundum ius imitetur, vel sequatur naturam & conditionem principalis, sequitur sine, quod si pignoratarius tenetur de leui circa pignus, ita de leui culpa teneatur circa fructus pignoris percipiendos, & sua negligentia non perceptos ante solutionem etiam sortis. Quare posset vtrinque defendi, & licet illa opinio videatur Calæquior, scilicet, quod de fructibus non perceptis: sed percipiendis solum teneatur de dolo, & lata culpa: sed ista videtur magis iuridica, quod pro illis etiam teneatur de leui: licet non de casu fortuito, vel leuissima ante sibi factam solutionem sortis. Praefertim cum pignus datum est non pro mutuo soluendo, quia mutuum datur gratia mutuatarij tantum. Vnde mutuatario mutvans in hoc casu pro fructibus percipiendis non perceptis ex pignore non videtur teneri, nisi de dolo, & lata culpa, & in hoc est vera opinio Hostiensis dicentis, quod fructus percipiendi, si percepti non sunt, non sunt debiti: Ceterum in pignoribus, quæ dantur in contractibus, qui sunt gratia vtriusque, ut in vditione, verbi gratia, ad creditum, vera est opinio Panormitani, Ioannis Andree, & glossæ, quod tales fructus possibiles percipi ex pignore, si etiam ex leui culpa non sunt percepti, sunt debiti ultra sortem, & hæc videtur verior resolutio.

De usura, & eius diffinitione, & an sit prohibita iure naturali, & divino, & an afferere esse licitam sit hæresis, & an usura mentalis obliget ad restitutionem, & an ex mutuo, intentione saltem minus principali, liceat ultra sortem aliquid recipere.

C A P. LIIII.

Am quoniam ex peccato usuræ potissima oritur obligatio restituendi: maxime refert hanc usuræ materiam sic illustrandi minus suscipere, quatenus an fructus omnes, scopulos, voraginesque usurariorum contractuum sic patefaciamus iuxta nobis à domino posse donatū, ut aliis minus in hæc materia versatis non nihil lucis afferere possimus,